UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Patrem omnipotente[m] factorem celi et terre visibilium omnium et inuisibiliu[m]. Et in vnum dominum iesum christu[m] filium dei vnigenitu[m]. (...)

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

PAtrem omnipotentez facto
rem celi et terre viſibilium
omnium et inuiſibiliuz. Et
in vnum dominum ieſum chriſtuz
filium dei vnigenituz. Et ex patre
natum ante omnia ſecula. Deum
de deo: lumen de lumine deuz ve
rum de deo vero. Genituz non fa
ctum conſubſtãtialẽ patri: per quẽ
omnia facta ſunt. Qui propter nos
homines: et propter noſtram ſalu
tem: deſcendit de celis. Et incarna
tus eſt de ſpiritu ſancto: ex maria
virgine et homo factus eſt. Cruci
fixus etiam pro nobis ſub pontio
pilato: paſſus et ſepultus eſt. Et re
ſurrexit tertia die ſm ſcripturas.
Et aſcendit in celum ſedet ad dex
teram patris. Et iterum venturus
eſt cum gloria iudicare viuos et
mortuos: cuius regni nõ erit finis
Et in ſpiritum ſanctum dominuz
et viuificãtem: qui ex patre filioq;
procedit. Qui cum patre et filio ſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mul adoratur et conglorificatur q
locutus eſt per prophetas. Et vnā
ſanctam catholicam et apoſtolicaꝫ
eccleſiam. Confiteor vnum baptiſ
ma in remiſſionem peccatoruꝫ. Et
expecto reſurrectionem mortuorū
Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Infra actionem in cena domini
Communicantes et diem sacratissi-
mum celebrantes quo dominus noster iesus christus
pro nobis est traditus sed et memoriam vene
rantes in primis gloriose semper virginis marie
genitricis dei et eiusdem domini nostri
iesu christi Sed et m
Hanc igitur oblationem servitutis nostre sed et cuncte
familie tue, quam tibi offerimus ob diem in qua
dominus noster iesus christus tradidit discipulis suis
corporis et sanguinis sui misteria celebranda
quesumus domine ut placatus accipias diesque nostros m
Qui pridie quam pro nostra omniumque salute
pateretur hoc est hodie accepit pa-
nem in sanctas m




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Te igitur cle
mētiſſime pa
ter: ꝑ ieſum
chriſtū filiuz tuū do
minū noſtrū ſuppli
ces rogamus ac pe
tim⁹: vti accepta ha-
beas et benedicas:
Hec do ✠ na: hec
✠ mūera: hec ✠ ſā-
cta ſacrificia illibata: in primis que tibi
offerimus pro eccleſia tua ſctā catholica
quā pacificare: cuſtodire: adunare et re-
gere digneris toto orbe terrarū: vna cū
famulo tuo papa noſtro. N. et antiſtite
noſtro N. et omnibus orthodoxis: atqꝫ
catholice et apoſtolice fidei cultoribus.
Memento dñe **Oratio pro viuis.**
famulorum famularūqꝫ tuaruz.
N. et omniū circūſtantiū: quorꝫ
tibi fides cognita eſt et nota deuotio: ꝑ
quibus tibi offerimus: vel qui offerunt
hoc ſacrificiuz laudis pro ſe: ſuiſqꝫ omni
bus pro redēptione animarum ſuarum:

ꝓ ſpe ſalutis et icolumitatis ſue tibi red/
dunt vota ſua eterno deo viuo et vero.
Communicantes Infra actionē.
et memoriā venerātes In primis
glorioſe ſemperqȝ virginis ma/
rie genitricis dei:et dn̄i noſtri ieſu xpi.
Sed et beatorum apoſtolorū ac marty/
rum tuorum Petri et Pauli Andree.
Jacobi. Joannis. Thome. Jaco
bi. Philippi. Bartholomei. Mathei.
Simonis et Thadei. Lini. Cleti.
Clementis. Sixti. Cornelij. Cy/
priani. Laurentij. Criſogoni. Jo/
annis et Pauli. Coſme et Damiani.
Et omniū ſanctorum tuoꝝ:quorū me
ritis precibuſqȝ cōcedas:vt in oībus ꝓ
tectiōis tue muniamur auxilio. Per eū
dē chriſtū dn̄ȝ n. Amē. Infra actionem.
Hanc igitur oblationeȝ ſeruitutis
noſtre:ſȝ et cūcte familie tue que
ſumꝰ dn̄e vt placatus accipias:di
eſqȝ noſtros in tua pace diſponas: atqȝ
ab eterna dānatione nos eripi: et in ele/
ctorum tuorum iubeas grege numerari

Per chriſtum dominum nr̄m. Oratio:
Q Uam oblationem tu deus in oī/
bus queſumus bene✠ dictaꝫ a/
ſcri✠ ptā ra✠ tam rationabi//
leꝫ acceptabilēqꝫ facere digneris: vt no/
bis cor✠ pus et ſā✠ guis fiat dilectiſſi/
mi filij tui dn̄i noſtri ieſu chriſti. Hic ac/
cipiat hoſtiā in manibus dicēdo.
Q Ui pridie q̄ȝ pateret̄: accepit pa/
nē in ſāctas ac venerabiles man⁹
ſuas: et eleuatis oculis in celū ad te deū
patrē ſuū oīpotentēꝫ tibi gratias agens
bn̄ ✠ dixit: fregit: deditqꝫ diſcipl'is ſuis
dicēs: Accipite et mādūcate ex hoc oēs.
Hoc eſt enim corpus meum.
Hic deponat hoſtiam et leuet calicem.
S Imili modo poſtq̄ȝ cenatū ē acci/
piens et hūc preclarū calicē in ſā/
ctas ac venerabiles manus ſuas.
Itē tibi gratias agēs bene✠ dixit dedit
diſcipulis ſuis dicens: Accipite et bibi/
te ex eo omnes.
Hic eſt enī calix ſanguinis mei: noui et
eterni teſtamenti: myſterium fidei qui ꝓ

vobis et pꝛo multis effundetur in remiſ/
ſionem peccatoꝛum.
Hec quotieſcu̅q̄ȝ feceritis: in mei memo
riā facietis. Hic deponit calicem
Unde ⁊ memoꝛes dn̄e nos ſui tui:
ſȝ ⁊ plebs tua ſctā xp̄i filij tui dn̄i
nr̄i tā btē paſſiōis: necnō ⁊ ab īferis reſur
rectōis: ſȝ ⁊ in celos gl'ioſe aſcēſiōis offe
rimus p̄clare maieſtati tue de tuis donis
ac datis: hoſtiā ✠ purā: hoſtiā ✠ ſcāȝ: ho
ſtiā ✠ īmaculatā: panē ✠ ſctm̄ vite eter/
ne: ⁊ cali✠cē ſalutis perpetue. Oꝛatio.
Supꝛa que ꝓpitio ac ſereno vultu
reſpicere digneris: ⁊ accepta hr̄e
ſicut accepta hr̄e dignatus es mu
nera pueri tui iuſti abel: ⁊ ſacrificiū p̄riar
che nr̄i abꝛae: ⁊ qd̄ tibi obtulit ſūmus ſa
cerdos tuꝰ melchiſedech ſcm̄ ſacrificiuȝ
īmaculatā hoſtiā. Hic īclinet ſe ⁊ dicat.
Supplices te rogamus op̄s Oꝛo.
deꝰ iube hec p̄ferri per manꝰ ſcti
angeli tui in ſublime altare tuū in
cōſpectu diuine maieſtatis tue: vt quot/
quot ex hac altaris participatiōe ſacroſā

ctũ filij tui cor ✠ pus ⁊ ſã ✠ guinẽ ſũpſerim⁹ oĩ bñ ✠ di/ctiõe celeſti ⁊ grã repleamur. Per eũdẽ xp̃m dñz nrz. Amẽ

Cõmẽoratio p̃ d̃fũct̃.

M Emẽto ẽt dñe famulorũ famularz tuarz. N. q nos p̃ceſſerũt cũ ſigno fidei: ⁊ dor/miũt in ſõno pac̃: ipis dñe: ⁊ oib⁹ i xp̃o qeſcẽtib⁹ locũ refrigerij luc̃ ⁊ pacis: vt idulgeas dep̃camur. Per eũd xp̃z dñz nr̃m. Amẽ. Hic pcutiat pect⁹ ſuũ aliquãtulũ altius dicens

N Obis quoqz pctõribus famulis tuis d̃ multitudine miſationũ tuarz ſperãtibus: ptẽ aliquã: ⁊ ſocietatẽ donare digneris cũ tuis ſanctis apl̃is ⁊ martyrib⁹: cũ Ioãne Stephano Mathia Bar/naba Ignatio Alexandro: Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia Ana/ſtaſia. Et oib⁹ ſctis tuis: īfra q̃rz nos ɔſortiũ non eſtimator meriti: ſz venie q̃s largitor admitte. Per xp̃z dñz nr̃z. Hic

P Er quẽ hec nõ d̃r Amẽ oĩa dñe ſemp̃ bona creas ſãcti ✠ ficas viui ✠ ficas bñ ✠ dicis ⁊ p̃ſtas nob. Per ip ✠ ſuz ⁊ cũ ip ✠ ſo ⁊ in ipſo ✠ ẽ tibi deo pr̃i oĩ ✠ potẽti: in vnitate ſpirit⁹ ✠ ſancti: omnis honor ⁊ gloria.

Cantus ſequens dicitur in omnibus feſtiuitatibus du/plicibus: ⁊ per octauas earũ et omnibus ſemiduplicibus et dominicis diebus.



P Er omnia ſecula ſecu/

Hic reponit hoſtiam in cali/cem: ipſum cooperit dicens:



lorum. Amen. Oremus:



Preceptis ſalutaribus mo/



niti: et diuina inſtitutione



formati audemus dicere:







Sequens cantus dicitur in fe/rialibus diebꝰ & feſtis ſimpli/cibus.




Preceptis ſalutaribus mo
niti et diuina inſtitutione
formati: audemꝰ dicere: Pa
ter noſter qui es in celis ſan
ctificetur nomē tuū. Adueni
at regnū tuū. Fiat voluntas
tua: ſicut in celo ⁊ in terra.
Panem noſtrum quotidia-
num da nobis hodie. Et di-
mitte nobis debita noſtra:
ſicut et nos dimittimus de-
bitoribus noſtris. Et ne nos
inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo

Libera nos q̄ſ dn̄e ab oibus malis p̄teritis: p̄ſētibus ꝛ futuris: ꝛ intercedēte beata ꝛ glorioſa ſemꝑ virgie dei genitrice maria: ꝛ beatis ap̄lis tuis petro ꝛ paulo atq; andrea: ꝛ oib' ſanctis: da ꝓpitius pacez in dieb' noſtris: vt ope miſericordie tue adiuti: et a pctō ſimus ſemꝑ liberi: ꝛ ab omni perturbatiōe ſecuri. Hic frāgit hoſtiam primo in duas partes dicēs: Per eūdē dn̄m nr̄m ieſuz xp̄m filiū tuū Deinde frāgit vnā partez in duas partes dicēs: Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate ſp̄us ſācti de'. Hic eleuet modicū tertiā partē cū calice dicens:



Per omnia ſecula ſeculorū.



Hic facit ſignū crucis ſuper ſanguinem dicens:

Amen.



Pax ✠ dn̄i ſit ✠ ſemper vo-



bi ✠ ſcū. Et cū ſpiritu tuo Hic ponat particulaz hoſtie in ſanguine dicens:

Fiat cōmixtio ꝛ ꝯſecratio corporis ꝛ ſāguinis dn̄i noſtri ieſu chriſti: accipiētib' nobis in vitam eternam. Amen. Sequit. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miſerere nobis. Agnus dei q tollis peccata mundi: miſerere nobis. Agnus dei qui tollis pctā mūdi: dona nobis pacē. Hic inclinat ſe ante corpus domini dicens: Oratio.

Domine ieſu chriſte q dixiſti ap̄lis tuis: pacez meam do vobis: pacem meā relinquo vobis. Ne reſpicias peccata mea: ſed fidem eccleſie tue: eamq; ſcḋm voluntatem tuam pacificare ꝛ coadunare digneris: Qui viuis ꝛ regnas deus: Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē. Hic deoſculatur altare dicēs: Pax tecū ℟ Et cū ſpiritu tuo. Oratio

Domie ieſu xp̄e fili dei viui: q ex volūtate patris cooperāte ſpiritu ſancto: per mortē tuā mundū viuificaſti: libera me ꝑ hoc ſanctuz

corpus ⁊ ſanguinē tuū ab om-
bus iniquitatibꝰ meis: ⁊ vni-
uerſis malis: ⁊ fac me tuis ſē-
per inherere mādatis: et a te
nūq̄ȝ ſeparari ꝑmittas. Qui
cum eodem deo patre ⁊ ſpiri
tu ſancto viuis ⁊ regnas in ſe
cula ſeculorū. Amē. Oratio.

PErceptio corporis tui
dn̄e ieſu chriſte: quam
ego indignus ſumere preſu-
mo: nō mihi ꝓueniat in iudi-
ciū ⁊ cōdemnationē: ſed pro
tua pietate proſit mihi ad tu-
tamentū mētis ⁊ corporis: et
ad medelā ꝑcipiendā. Qui
viuis ⁊ regnas cū deo patre ⁊c.
Hic accipitur patena cū cor-
pore chriſti dicendo.

PAnem celeſtē accipiā:
et nomen domini inuocabo.
Hic ꝑcutiat pectus ter dicēs:

DOmine nō ſum dignꝰ
vt intres ſub tectū me-
um: ſed tm̄ dic v̄bo: ⁊ ſanabit
aīa mea. Hic ſumat corpꝰ re
uerēter: ſignās ſe illo dicens.

COrpus dn̄i noſtri ieſu
chriſti cuſtodiat animā
meā in vitā eternam. Amen.
Hic accipiat calicem ⁊ dicat

QUid retribuā dn̄o pro
oibus q̄ retribuit mihi
Calicē ſalutaris accipiam: et
nomē dn̄i inuocabo. Laudās
inuocabo dn̄m: ⁊ ab inimicis
meis ſaluus ero. Hic ſumat
ſanguinē dicens:

SAnguis dn̄i nr̄i ieſu chriſti
cuſtodiat animā meā in vitā
eternā. Amē. Poſt ſumptio-
nem ſanguinis dicat.

QUod ore ſumpſimꝰ do-
mine pura mēte capiamus: ⁊
de munere tēporali: fiat nobis
remediū ſempiternū. Amen.
Hic dicit purificando.

COrpus tuuȝ dn̄e quod
ſumpſi: ⁊ ſanguis quē potaui
adhereat viſceribus meis: et
preſta: vt in me nō remaneat
ſcelerū macula: quē pura et
ſancta refecerūt ſacramēta.
Qui viuis. Finita miſſa ⁊
data bn̄dictione: inclinat ſe
ante medium altaris ⁊ dicat
hāc orationē. qua finita: oſcu
lat altare.

PLaceat tibi
ſancta trinitas obſequi
um ſeruitutis: ⁊ preſta: vt ſa-
crificiū q̄d oculis tue maieſta
tis indignus obtuli: tibi acce
ptabile: mihiq̄ȝ ⁊ oibus ꝓ qui
bus illud obtuli: ſit te miſerā-
te ꝓpitiabile. Per chriſtum
dominum noſtrum. Amen.